

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7749

**Auteur(s) :** Gervais de Longpont [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1256

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Gervais de Longpont confirme une donation de rente de cinq sous tournois faite par Raoul de Longpont, son père défunt, et Jeanne, sa mère, à l'abbaye de la Trappe.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, B. « De Eodem (= de redditibus denariorum in Corboneto et Francia) », n° LVII (« Carta Gervasii de Longo Ponte »), p. 98-99.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Gervasius, filius defuncti Radulphi de Longuo Ponte, salutem in Domino. Noveritis quod, cum Radulfus, pater meus, et Johanna, mater mea, pro salute animarum suarum et liberorum suorum, dedissent Deo et Beate Marie de Trappa, cisterciensis ordinis, et monachis ibidem Deo servientibus quinque solidos turonensium annui et perpetui redditus, annuatim in festo sancti Remigii capiendos super unam peciam terre centum boissellos sementis, sitam in parrochia de Basochis, acostantem ex una parte terre defuncti Gervasii de Vilers, et ex altera terre defuncti Gervasii Le Cerf, et superius abotantem terre à l'Espagnol et inferius chemino quo itur de Vilers apud Champeaus, in elemosinam perpetuam, liberam ab omnibus rebus penitus et quietam, quam dictus Radulfus, pater meus et dicta Johanna, mater mea, uxor ipsius, acquisierant de Roberto Patore ; ego dictus Gervasius, filius dicti Rad[ulfi], dictam elemosinam dictis monachis a dicto R[adulfo] patre meo et J[ohanna] matre mea factam volui, concessi et presenti carta mea confirmavi, ita quod, si dicti quinque solidi supra dictam peciam terre assignati in dicto festo sive infra octabas ipsius non fuerint integre persoluti, dicta pecia terre ad dictos monachos integre deveniet, et eam sine reclamacione aliqua mei vel heredum meorum libere, quiete et pacifice in perpetuum possidebunt. Et hanc donationem ego et heredes mei tenemur bona fide dictis monachis sub conditione predicta garantizare, defendere et ab omnibus penitus liberare. Similiter et ego Johanna, uxor dicti Rad[ulfi] defuncti, matris dicti Gervasii de Longo Ponte, volui et concessi et per appositionem sigilli mei presentibus litteris, dictam donationem sub forma predicta confirmavi, ita quod ego in dicta pecia terre, si dicti quinque solidi dicto festo non fuerint integre persoluti, nichil de cetero ratione aliqua reclamabo, sed dicti monachi dictum redditum ante dictum festum a dicto Gervasio petent vel suis, aut, si non petierint aut dicti quinque solidi soluti non fuerint, dicta pecia terre dictis monachis nunc maneret. Quod ut firmum maneat et stabile in perpetuum,

ego dictus Gervasius de Longo Ponte presentem cartam dedi dictis monachis sigilli mei munimine roboratam.  
Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto.